

comitem Hagā Amstelodamum, unde nuper redi... assumptus
et fuisti nescius, cui nihil est quod sanus praetulerim in via
juvencius amicus. Eo nomine quantum tibi debeam,
facilius dicero, quam quid isto, quod inter amicos mihi
expetendus, ultro te immerenti offero. Agnosco sane
quam te cum alijs transversum agant amicorum
judicia quidem, sed impotentes, fas sit dicere, et ab
affectu caeco predicationes. quasi nimirum inter
eruditos censendus sim, qui neque literas olim in
aulam intuli, neque si intulerim, satis spatii hic
obtineo, quo colendus par sim, fluxa memoria homo,
ingenij vagi et ad sublimia quaque inepti, fidem
facient si fidei sint ijdem amici. Quibus si quid credere
viri humanissime statuisti, tum illud prolixè fiat, ubi
me eruditionis omnigenae studiosum asserent, tua vero
quam e scriptis ignoti perspexisse diu fateor, notinum
vehementer amo ac suspicio, candidissimum cultorem.
Talem denique si mereri videar, ut porro ames, postulo.
Si libertatem fess, qua familiaritati proxima succedit
volo, jubes; et te valere Vir doctissime bono publico.
Hagae Com. III. Nov. Sextil. C1710CXXXVI
Addictissimus Tibi
G. H.

Joanni Alberto
Bannio Praesbytero
Harlemensi.

(2114)
Quam immerenti amicitiam secundo offero, Vir
Amplissime et quidem ἀροδόδωcos, quasi Regem
Persam adeas, conabor omni officio si non mereri,
colere certe atque fovere quantum potis. Ejus rei
primum Argumentum liber esset, quem petisti, si
esset meus. Nunc pars melioris Bibliothecae, ut ex
Heinsiana suppellectile, solo usu tuus erit; sed longè
et ad satiem, ne te urgeri credas. Tanta illius
viri humanitas est, et addere audeo, tam proclivi
erga me affectus, ut si quā ipsius ope gratificari
eruditis amicus valeam, totam prolixè collaturus
sit. Instituti tui ad rem Musicam profinitā meo
thodo summo perire delectar, adeoque, quod amici
aliquoties ~~sedulo~~ mandavi, ipse viro perquam sedulo
te rogo

te rogo, ne tam præclara pendeant opera interrupta, facies
rem existimatione tuâ dignam, et patriæ quidem apprimè
utilem, in quâ ad nauseam porrò et pudorem Pittaci
sumus, barbari cantores, Musici linguâ et palato tenuis,
Denique præterea nihil. De cautionibus quas misisti
non simplici nomine tibi debeo. sed hoc præcipuè, quod
et Nævae Phyllida, de qua Virgiliæ verba usurpare soleo,
Phyllida amo ante alias modulis tuis exornare
voluisti. Ubi tantillum otij erit, explebor novis delictis,
Nunc procul a Musis auocor, nam in prociectu stamus.
Vale Vir Clarissime et me ama. Haga Com. Postridie
Id. Sextil. 1636.

Boxhornio Querio.

Vir Clarissime ac Doctissime.

(146).

Oppressus magnâ negotiorum mole, ex quo lectissimo
ingenii tui partem me donasti, tandem in prociectu te
saluto, atque ut fidem porrò quam his primitiis obli-
gasti, liberare cures, editâ Romanorum suppellectile,
senere moneo, ut magis illud nimirum Senecæ
verum fiat, Omnibus sæculis fictilia Tiberonis
duratura. Quaestiones Romanas multæ eruditionis librum
in viâ comites habebis, eritque si Deo visum fuerit, ubi
de nonnullis coram disserentem audies. nam et hæc
tibi fata, pro captu lectoris, impendere scito. Interim
me ama Vir eximio, et à magno Heinsio, cui nunc
valedicendi non erit locus, ut idem faciat, tuis verbis
impetra. Haga Comit. XIII. Cal. Sept. C1617XXXVI

Wilmhio.

Pro affectu tam sollicito, quo Affinis mei causam et
existimationem amplecteris, multum tibi debeo, licet
hactenus ignarus tam gravis rei, cujus publice postulari
possit. De crimine, quo me verbo perculisti, satis securus
sum. Lenem culpam si quæ est, in latissimam non abitu-
ram faciunt maleuolorum, et quorum ille nimium Verbis
Odia aspera mouit, iniqui animi, ne sperare quidem audeam.
Si quid porrò penetras, affinis optime, cujus moueri amicos
intersit, sororem viri in primis rogo te ne quid coles familiæ
scipionem et ab adolescentiâ procuratricem. cæteris, turpi
exemplo, sui et inorum perpetuis neglectoribus. Vale cum
uscure et prosapia quantum vouet.
Sprangæ in castris vi. Id. Oct. C1617XXXVI.

Tuus
C. H.

Wilmhio.